CHRISTO
Unitatis Eccleſiæ Capite ac Duce.

§. I.

SUBJECTI impræſentiarum i. e. ECCLESIÆ, de cujus Attributo juxta Symbolum Apoſtolicum primo, UNITATE ſcilicet, veram genuinamque acceptionem ſupponimus, ab aliis jam paſſim indagatam, prolixius explicatamque. Niſi quod ſilentii peplo involvere haud poſſumus, Nos de Eccleſia non ratione ESSENTIÆ duntaxat, quatenùs *cœtum internè juxta ac externè Chriſtum profitentium, i.e. cœtum verâ vivâq; fide Chriſto, ceu Mediatori & Servatori ſuo adhærentium* denotat; ſed reſpectu quoque EXISTENTIÆ, quatenùs *cœtum eorundem quidem, at externè duntaxat Chriſtum profitentibus, i. e. verâ vivâque in Chriſtum fide deſtitutis*,

com-